rm. biogr.
93

. Germ.
r. 93

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333064887/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Hist. Germ. Vir. illustr. 72

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333064887/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

1889

# GENEALOGIA
## FAMILIÆ
# ESTORFIORUM,
## Collecta

*Ex antiquis litteris & monumentis, ab incendio & hoſtili incurſione conſervatis,*

*Per*

OTTONEM AB ESTORF, LUDOLPHI FILIUM, OTTONIS NEPOTEM.



*Et per*

*JOANNEM BURMEISTERUM LUNÆ-BURG. P. L. Cæſ. publicata, &c.*

HAMBURGI,
Ex officina Typographica PAULI LANGII.
ANNO CIↃ IↃC XVI.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333064887/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

In

## Insignia
# ESTORFIORUM.

*Gentem* Estorfiadum *Marte eminuiſſe, notatur*
*Criſtâ* Attagenæ *in caſſide:*
*Emerſiſſe illam ſimul Arte ad culmina honorum,*
*Clypei notatur* Lilio.

Joan. Burmeisterus
P. L. Cæſ. f.



## In Insignia
# Estorfiorum.

*Qur* Estorfiadum *Attaginis plumæ, arma figurant?*
*Quod ſtemma nobiliſſimum:*
*Stemma hoc quod vireat, creſcat, flos floris abundè*
*Demonſtrat eccè* Lilium.

Balthasar Thammius
Rochlicio-Miſnicus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333064887/4
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

VIRO

*REVERENDO, NOBILISSIMO, STRENUO,*

# DN. OTHONI AB ESTORF DECANO SUERINENSI, ET CANONICO RACEBURGENSI DIGNISSIMO, &c.

*Domino fautori & Mæcenati Optimo*
*S. P. D.*

VIR REVERENDE, GENERE, Virtute, & doctrinâ nobiliſſime, Domine fautor & Mæcenas optime, Maximus ille Romanus Orator Cicero nõ temerè ſcripſit: Quâ in familiâ laus aliqua fortè floruerit, eam ferè, qui ſunt ejus ſtirpis cupidiſsimè perſequuntur. Cujus rei teſtis ſatis eſt locuples, tuus ille in colligendâ veſtræ ESTORFIORUM familiæ GENEALOGIÂ labor. Quem verius quis mirari: quàm æmulari poſſet. *Cic. de legib. 160.*

Conſtat enim nobiliſsimam ESTORFIORUM familiam ante quadringentos, & ultra, annos, ſagô, togaq; eminentiſsimã floruiſſe. Utpotè quam ab invictiſsimô Imperatore CAROLO MAGNO unà cum

 aliis

aliis aliquot familiis equeſtribus, ex ſuperiori Germaniâ, Franciâ videlicet, Norico, Alſatiâ, & Vicinis Rheno locis, in has Saxoniæ oras introductam eſſe, Joannes Letznerus Herdeſianus in ſuo Chronico Daſſeliano & Embeccenſi, Anno 1596. Erphordiæ impreſſo innuere videtur lib. 4. cap. 14. Cujus verba in vernaculâ noſtrâ linguâ ſic ſonant: Man achtet dafür / vnd haltet es / daß die von Ellenhoſen / mit denen von Cram / Pippingesberg / Hoppenhauſen / Lohe / None / Eſtorff / Carben / Saltz / vnd Korben mit CAROLO MAGNO, alß er den Erſten Zug in Sachſen gethan / in dieſes Landt ſollen gekommen ſeyn. Huic adſtipulatur Fontanus, ubi inter alia refert: Daß CAROLUS MAGNUS viel vom Adel in Sachſen / die Sachſen damit zum Gehorſamb zu bringen / geſetzet / vnd verordnet habe.

Sunt nonnulli, qui multarum antiquiſsimarum familiarum claritatem, & ſplendorem ex Romano ſanguine deducere laborant, quaſi nihil nobile, vel antiquum, niſi Romanum. Verùm illi vel veræ antiquitatis erunt ignari, vel Germanorum genti invidi. Germania enim, teſte Joanne Teutonico, egregio illo decretorum interprete, à germine dicta, verũ eſt nobilitatis germen, Subſcribente eidem Antonio Campano Germanorum

*Vide Jacobum Wymphelingiũ de nobilitate Germanor. c. 70.*

rum alioquin hoſte & detractore acerrimo, qui de Germanis loquens ſic ad verbum ait: Illi domi concordes, foris ſtrenui, & acquiſiêre imperium, & tantam illuſtrium virorum multitudinem pepererunt, ut per reliquum orbem velut coloniis nobilitatis uſquequaquè deductis, familias nobiliſsimas, & regias propagaverint; nec ulla ſit familia in Galliis, ne regia quidem, nulla in Hiſpaniâ, aut in Italiâ paullò illuſtrior, quæ ſi antiquitatem repetat ſuam, non ſtatim è Germaniâ eſſe prædicet, & veluti è ſeminario quodam veræ nobilitatis è vobis veniſſe glorietur? ut verè dici poſsit, fontem nobilitatis vivum & perennem fuiſſe Germaniam, aut mare potius, quod omneis provincias Europæ ſuo ſplendore, velut æſtu quodam nobilitatis, inundavit, dum in Galliam, in Hiſpaniam, in Italiam, nationeſq; alias propagavit Imperium. Non ergo à Romanis Germania traxit: ſed Romanis potiùs Germania nobilitatem immiſit.

Quùm verò variæ ſint Fortunæ vices, & dubii rerum humanarum caſus, quis, iiſdem, tot præterlabentibus ſeculis, no-

bilisſimam hanc ESTORFIORUM famili-
am ſubjacuiſſe, dubitabit? Quemadmo-
dum enim, teſte Vellejo, urbium imperi-
orumq́; ita gentium nunc florere Fortu-
nam! nunc ſeneſcere! nunc interire vide-
mus. Inter hanc igitur Fatorum iniquita-
tem litteris & monumentis res geſtas Ma-
jorum, ab incendio, & hoſtili incurſione
vindicare, non minima laus eſt.

Quam, ut familiæ veſtræ propriam,
dùm cupidisſimè miraris, & rimaris, ma-
ximâ cum laude perſecutus es. Adeò, ut à
clarisſimis tuis Majoribus, nec plus ſpera-
ri potuerit, nec ſpei illorum reſponderi
felicius, nec etiam poſteris ad augendum
nobilisſimæ familiæ ſplendorem majus
*Cicer. in Orat. 202.* exſtare incitamentum. Cicero rectè &
appoſitè: Hiſtoriam temporum teſtem,
veritatis lucem, memoriæ vitã, vitæ ma-
giſtram, & vetuſtatis nunciam appellat.
Quæ omnia hæc veſtræ familiæ GENEA-
LOGIA mirâ quidem brevitate, ſatis ta-
men luculenter lectori ob oculos ponit.

Quis ergo adeò ſemper puer eſſe malit,
& neſcire, quid, antequã natus ſit, accide-
rit? Unde ego hanc veſtræ familiæ GENE-
ALOGIAM, quam tuo permiſſu publican-
dam

dam ſuſcepi, tibi tanquam Estorfiorum Majorum virtutibus ſimillimo dedicandam duxi. Ut opus hoc publicâ luce digniſsimum ad eundem, cui acceptum referebatur, jure poſtliminii reverteretur.

Tu autem Vir nobiliſsime & erudiriſsime, fautor & Mæcenas optime, hanc meam quantulamcunque opellam, certam obſervantiæ debitæ teſſeram ſerenâ fronte accipe, mihiq; benignam faventię tuæ auram leniſsimè ſpirare patere: & ut vitâ Euboicâ digniſsime, ita Familiam veſtram immortali nominis memoriâ exornare perge. Gultsovi Schackiorum in agro Saxoniæ infer. VIII. Calend. Novembris, Anni cIɔ Iɔc XVI.

T. R. N. D.

Studioſiſsimus

*Joan. Burmeisterus Lunæ-burg.*
*P. L. Cæſ.*

Jehovæ Benedictione Lucrans,
Invidiæ Bonis & Legatus.

# EPIGRAMMATA
## *In*
# GENEALOGIAM
## NOBILISSIMORUM
# ESTORFIORUM.

*OTTO, nobilium dum nomina clara parentum*
*Enumeras, generis gemma, DECANE, tui;*
*Amplexanda probis exempla nepotibus obſers,*
*Si cupiant verâ nobilitate coli.*
*Sed nullus clypeo, vel plumâ Nobilis adſtat:*
*Quem virtus tollit, nobilitatus erit.*
*Tum ſi ſcribantur per ſecula plura parentes,*
*Virtutis gnati nobile calcar habent.*

NICOL: PETRÆUS Theol. D. f.

*ALIUD.*

HIc ESTORFIADUM gens & ſtirps inclyta, priſco
Stemmate nata, nitens nobilitate micat.
Hos inter ſacris titulis, & honore, coruſcant,
Hos inter celebres Martis honore vigent.
Tu pia poſteritas Majorum æquare ſtudeto
Virtutem, ut pergas nobilitare genus.
Sintq; tibi calcar tot nomina clara tuorum,
Ut caveas ab avis degenerare tuis.

*M. FRIDERICUS DEDEKINDUS*
*Scholæ Lunæ-burg. ad D. Michaë-*
*lem Rector.*

ALIUD.

*STirps ESTORFIADUM nitet heîc ab origine priſcâ*
*Nobilitata SAGO! nobilitata TOGÂ!*
*Quos, cum gente aliâ, traduxit MAGNUS, equeſtri,*
*CAROLUS à FRANCIS in loca SAXONIÆ.*
*Virtus: quæ tot avos ſplendore SAGIq; TOGÆq;,*
*Majorum & famâ nobilitavit anu.*
*Poſteritati eſto: ſtatuat quô clara tropæa,*
*Et vicium jugulet, DELPHICUS IS GLADIUS.*

JOAN. BURMEISTERUS Lunæ-burg.
P. L. Cæſ. f.

LECTORI

# CANDIDO ET BENEVOLO Lucem:

# MOMO ET ZOILO Crucem.

*TABELLAS HASCE GENEALOGICAS familiæ noſtræ ESTORFFIANÆ, in gratam memoriam majorum noſtrorum, gratiamq́ꝫ poſteritatis, quâ fieri potuit, diligentiâ & ſtudio, nec nõ cum aliquo labore, ex antiquis documentis & litteris noſtris, quæ adhuc ſuperſunt, excerpſi, & in hunc ordinem redegi. Major pars illarum ſine dubio, incendio, & incurſione hoſtili periit. Vetuſtiores namq́ꝫ ſedes noſtræ in Bernſtedt, Amelinghauſen & Gellerſen, à Lunæburgenſibus Anno Chriſti 1371. in bello cum Magno Torquato Duce Brunſvicenſi & Lunæburgenſi geſto, eò quod acerrimè partes Ducis, ac Domini ſui propugnarunt, dirutæ, combuſtæ, & ſolo æquatæ ſunt, ut patet etiam ex manuſcripto Chronico civitatis Lunæburgenſis. Sedes vero noſtra in Verſen, bis antè annos centum, & circiter, hoſtili impreſſione Kneſebecciorum & Epiſcopi cujuſdam Havelburgenſis ( cujus tamen nomen in litteris expreſſum non invenio ) ob bona quædam oppignorata, cum familia noſtra, continentes aliquot annorum inimicitias gerentium, ( Quæ controverſia tandem Anno Chriſti 1518. interventu illuſtriſſimi & bellicoſi principis Henrici Junioris Ducis Brunſvvicenſis & Lunæburgenſis compoſita & ſopita eſt ) flammis abſumpta fuit. Quemadmodum & ſedes noſtra in Netze, fortuito incendio, ante annos plus minus ſeptuaginta periit. Ex hiſce igitur tot incendiorum & direptionum reliquiis, has Tabellas excerptas, fideliterq́ꝫ, quantùm licuit, digeſtas, poſteritas noſtra grato animo ſuſcipiat, diligenti cura conſervet, & porrò, ne Majoribus ſuis dedecori ſit, ſedulò provideat, virtutiq́ꝫ & pietati, quâ ſine in omni Nobilitate parum eſt ſpei & rei, incumbat gnaviter ac indefeſſè inſiſtat.*



Te verò

*Te verò, candide Lector, quiſquis futurus es, rogatum volo, ut de hoc meo labore, quem nullâ ambitione, ſolo erga majores, poſteroſq; noſtros amore ductus, ſuſcepi, candidè & benignè judicare velis. Zoilos, Invidos, Detractores, eorundemq; nequitiam, calumnias, virulentiam, nihil moror; Abundè Hi, quibus nihil eſt ſub polo miſerius & deterius, dant, dabuntq; pœnarum, etſi nemo ulciſcatur. Tu amice Lector vale & fave. Anno reparatæ ſalutis 1600.*

O. V. E.

# TABELLA

*Hîc præmiſſa demonſtrat, quomodo ab unâ Lineâ ad aliam bona* ESTORFIORUM *tranſlata ſint.*

**Otto von Eſtorff.** Hujus poſteri habitarunt in Bernſtedt, Amelinghuſen, Netze & Gellerſen.
- Hinrich von Eſtorff/1350.
- Luleff von Eſtorff/1410.
- Maneke von Eſtorff/1421.
- Luleff von Eſtorff/1438.
- Hans von Eſtorff/1479.
- Jacob von Eſtorff. Quo mortuo an. 1497. diviſa ſunt ejus bona feudalia in duas æquales portiões, inter Henricũ v. Eſtorff/ Eggerdi filium, ex unâ: & inter quatuor Segebandi filios Eberhardum, Ludolphum, Eckhardum, & Johannem, ex altera parte.

**Eggerdt von Eſtorff/ Ritter.** Hujus poſteri habitarunt in Verſen.

- Luleff von Eſtorff.
  - Otto von Eſtorff.
  - Manegoldt von Eſtorff.
  - Eggerdt v. Eſt. ob. 1465.
  - Hinrich von Eſtorff/ob. 1499.
  - Moritz von Eſtorff ob. 1526. Quo mortuo, ejus hereditas ſimiliter in duas æquales portiones diviſa eſt, in quarũ una ſuccesſit Otto von Eſtorff/ Ludolphi filius, in altera ſucceſſerunt tres Johannis filii, Segebandus, Ludolphus & Pardumus Eſtorfii.
- Eggerdt von Eſtorff/ der elter. 1354.
  - Segebandt von Eſtorff/ der elter. 1382.
  - Evert von Eſtorff/1413.
  - Segebandt von Eſtorff/
    - Ludolff von Eſtorff/ob. 1507.
      - Otto v. Eſt. obiit 1558.
        - Ludolff von Eſtorff/ Obiit 1602.
          - Manegoldt v. Eſtorff.
          - Otto v. E.
          - Luleff v. Eſt.
          - Loſalm v. Eſt.
        - Carol von Eſtorff/ obiit 1580
          - Hans v. Eſt.
          - Eggert v. Eſt.
          - Moritz von Eſt.
    - Evert von Eſtorff.
    - Hans v. Eſtorff.
      - Luleff v. Eſtorff.
      - Segeband v. Eſtorff/ ob. 1546.
        - Segeband v. Eſtorff obiit 1604.
          - Hartwich von Eſtorff.
      - Pardumus von Eſtorff.
    - Eggerdt von Eſt.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333064887/13
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

*SEQUENTES HI ESTORFII, ID QUOD LECTORi obſervandum erit, quoto gradu ſeſe invicem contingant, ex ſupradictis litteris colligere non licuit: Quoniam verò omnium illorum nomina in iſtis litteris expreſſa inveni, hoc ſigno + notata, hîc in fronte harum tabellarum ponere, ſatius meliusq́; duxi, quàm planè omittere.*

+ Manegoldus von Eſtorff. + Alardus von Eſtorff/ Ritter. Hi vixerunt circa An. Chriſt. 1247. Horumq́; tanquam teſtium fit mentio in privilegiis & Legibus Municipalibus, quas Otto, Henrici Leonis Nepos, Dux Brunſwicenſis & Lunæburgenſis civitati Lunæburgenſi conceſsit.

+ Maneke von Eſtorff/ vixit circa An. Chriſt. 1288. Ejus uxor Adelheidis von Bülow. Hic ſacram ædem in pago Embſen, in honorem, ut mos tunc erat tenebricoſus, D. Catharinæ fundavit: Unde Jus patronatus iſtius ædis ad Eſtorffios in huncuſque diem pertinet.

+ Manegoldus von Eſtorff / der Schwartze. Uxor ejus Gertrudis N. Hic A. C. 1338. Epiſcopo Ratzeburgenſi Volrado, duos manſos, in loco, qui dicitur Vinckenryke/ in nova Gamma, pro 60. marcis Denariorum vendidit. Filii ejus Reintwerdt & Maneke von Eſtorff/ reliqua bona ſua in nova Gamma vendiderunt Henrico Schacken/ VVaſmodi filio, A. C. 1353.

+ H. Diedrich von Eſtorff/ A. C. 1338. Ermengardis von Eſtorff/ ejus ſoror: Hi ſacræ ædi in Sinſtorff legarunt curiam unam in villa Varendorff.

+ Conrad von Eſtorff/ Ritter. vixit circa A. C. 1311.

+ H. Wernerus von Eſtorff/ Canonicus Ramelsloenſis. A. C. 1311.

+ Eggert von Eſtorff in Gellerſen. Ejus filii, Hans/ Eggert vnd Manegoldt von Eſtorff. Horum fit mentio, in tranſactione quadam zwiſchen denen von Eſtorff/ vnd denen von Heimbruch/ A. C. 1353.

+ Alardus von Eſtorff/ Canonicus Lubecenſis. Hujus tanquam teſtis fit mentio, in litteris Henrici Ducis Magnopolenſis, in quibus Epiſcopo Ratzeburgenſi, ut à banno abſolveretur, in quod ob invaſionem bonorum Epiſcopi inciderat, villas Valckenhagen & Slaven Röſenitz donavit, A. C. 1323.

+ Maneke von Eſtorff. Hic An. Chriſt. 1371. in die Urſulæ (poſtquam Senatus Lunæburgenſis, principi ſuo, Magno Torquato, Duci B. & L. arcem montis Calcariæ, in vigilia purificationis Mariæ, aſtu priùs eripuerat) in invaſione urbis, quam Ducales numero ſeptingenti, per ædes Eſtorfiorum

fiorum, muro apud Turrim Fredeke nominatam cohærentes, in urbem irrumpentes, ferè captam, infeliciter rurſus amiſerunt, captus, ac cum quibuſdam aliis, in Turri quodam, inter portas Salinariam, & Novam, ſitá, per annum ferè cuſtoditus fuit. Ex qua cuſtodia, unà cum Bartoldo à Rutenberg An. C. 1372. elapſus, ex arce Blekede, multa damna intulit Lunæburgenſibus. Arma ejus ſummo nitore ſplendida, adhuc in curia Lunæburgenſi aſſervantur & viſuntur.

+ Luleff von Eſtorff Ritter/ Anno Chriſti 1311. Ejus filii, Manegold vnd Hinrich von Eſtorff.

+ Otto von Eſtorff/ Ejus filius Luleff von Eſtorff circa A. C. 1380.

+ Manegold von Eſtorff der lange/ A. C. 1399.

+ Luleff von Eſtorff der lange.

+ Maneke von Eſtorff mit der barde/ circa An. C. 1432. in Blekede habitavit. Ejus filius Maneke von Eſtorff der Schele: Dieſem haben Maneke von Eſtorff/ Luleffs Sohn/ vnd Luleff ſein Sohn/ das Gutt vor Blekede das RiebenGutt genandt/ vor 200. marck Lüb. verkaufft/ A. C. 1427.

+ Luleff von Eſtorff/ ejus filius, Segeband von Eſtorff/ A. C. 1482.

+ Luleff von Eſtorff/ Canonicus Halberſtadenſis, & præpoſitus ad D. Virginem ibidem circa A. C. 1448.

+ Eggerdt von Eſtorff. Ejus filius Maneke von Eſtorff der elter. Hunc VVenceslaus & Albertus Duces Lunæburgenſes, & Saxoniæ inferioris, de bonis Borchardi von Etzendorff inveſtiverunt, in caſum mortis iſtius A. C. 1375. Johanne, VVaſmodo, Ludolpho, & Pardumo von Kneſebeck/ illi jus ſuum, quod ad bona illa prætenderunt, pro certa pecuniæ ſumma, vendentibus An. C. 1385.

Maneke von Eſtorff/ An. C. 1414.

Luleff von Eſtorff/ A. C. 1431. Vide infr. ſig. v

+

Otto **von Eſtorff.** Uxor ejus VVunnegildis N. Hujus poſteri habitarunt in Amelinghuſen, Bernſtedt, Netze & Gellerſen.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hinrich **von Eſtorff.** | Eggert **von Eſtorff.** Hic curiam ſuã in Stelle vendidit Agnatis ſuis Eggerdo & Ottoni, Ludolphi filiis, Eckhardi Equitis Nepotibus A. C. 1355. | Johannes **von Eſtorff**/ Monachus ordinis B. Franciſci. | Manegold **von Eſtorff** circa A. C. 1347. |

Children of Manegold:

| | | | |
|---|---|---|---|
| **Luleff von Eſtorff.** | Johan **von Eſtorff.** | Maneke **von Eſtorff.** | Ilſebe & N. N. **v. Eſtorff**/ virgines Veſtales in VValſrode, A. C. 1357. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| **Luleff von Eſtorff der elter.** Uxor ejus Heilwigis N. Hic Ludolphus, & Maneke & **Luleff von Eſtorff**/ Manegoldi **deß eltern** filii: Vide ſup. ſig. v. Vendiderunt Henrico **Rütern**/ curiam ſuam in Amelinghuſen, cum adjacente molendino, in fluvio **Luhe**/ pro 100. marcis Lubecenſibus A. C. 1416. | Eggert **von Eſtorff**/ An. C. 1453. | Johan **von Eſtorff.** | Maneke **von Eſtorff.** Ulyſſeæ habitans, bona ſua in Bernſtedt, Agnato ſuo Everhardo **v. Eſtorff** vẽdidit, utq; ibi reædificaret, diruta à Lunæburgẽſib. cõceſsit A. C. 1444 |

| | |
|---|---|
| Maneke **von Eſtorff.** Huic Balduinus à VVenden, Abbas Cœnobii ad S. Michaelẽ Lunæburgi, deinde Archiepiſcopus Bremenſis, Molendinum in Netze, in feudum conceſsit A. C. 1421. Deinde Fridericus Dux B. & L. ei arcem Kneſebeck, pro 3808. aureis Rhenanis, & 500. marcis Lubecenſibus, principis nomine Hartwico Bulovio perſolutis, oppignoravit, hoc pacto adjecto, quod ille ad vitã; Ejus vero Nepotes ex filio præmortuo ad octenniũ uſque poſt ejus mortem, hac arce uti frui deberent A. C. 1449. Uxor ejus Adelheidis **von Bülow.** Hæc paſsim multam pecuniam Monaſteriis legavit. | **Luleff von Eſtorff.** |

| | |
|---|---|
| **Luleff von Eſtorff**/ circa A. C. 1438. | Cecilia **von Eſtorff**/ Uxor Herneits **von Meltzing.** |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Maneke **v. Eſtorff**/ circa A. C. 1460. | **Luleff von Eſtorff**/ præfectus in Kneſebeck. | HANS **von Eſtorff.** Huic Fridericus Senior Dux B. & L. Decimas in Nindorff, Elringen & alia quædam bona in feudum cõceſsit A. C. 1479. | —1. Anna N. Uxor. | 2.—**Fritz von der Schulenborg.** |

| | | |
|---|---|---|
| Jacob **v. Eſtorff.** Hoc A. C. 1497. ſine liberis defuncto, & Scarmbecci in Cœnobio, in hereditario Eſtorffiorum ſepulchro humato, bona ejus feudalia ad agnatos, Henricum **von** Eſtorff, & Ludolphum, ejuſque fratres devoluta ſunt. | Anna **von Eſtorff.** | —Uxor—Guntheri **v. der Schulenborg.** |

Eckhar-

+

Eckhardus von Eſtorff/ Ritter. Hic communis eſt ſtipes, à quo omnes Eſtorffii, qui jam hoc tempore, circa A.C. 1600. vivunt, deſcendunt, Hujuſque poſteri habitarunt in Verſen, quæ bona prædictus Eckhardus von Eſtorff/ An. C. 1292. ab Hitzackeris emptionis titulo acquiſivit.

Otto von Eſtorff/ Hic permutavit curiã ſuam in Aſendorff, cum Ottone & Eggerdo, fratris ſui Ludolphi filiis pro decima majore & minore unius curiæ in Verſen, An.C. 1335.

Eggert v. Eſtorff/ A.C. 1343.

Eggerdt v. Eſtorff der elter in Verſen habitavit, A.C. 1354. Hujus poſteros vide infr. ſub ſig. ♀

Giſela von Eſtorff/ Uxor Gebhardi von der Odem/ deß Swartzen.

Luleff von Eſtorff.

N. von Eſtorff/ uxor VVerneri von Boldenſen deß eltern.

Otto von Eſtorff. Luleff von Eſtorff. Eggerdt von Eſtorff/ A.C. 1332.

Manegoldt von Eſtorff/ A.C. 1356. Uxor ejus: .... von Bülow. Otto von Eſtorff.

Eggerdt von Eſtorff/ obiit A.C. 1465. Uxor ejus Hildegundis von Ahlden/ quæ ſecundò nupſit Rabado à Platen in Güſtrow/ & ob. circa A.C. 1490.

Hinrich von Eſtorff. Otto von Eſtorff. Hi vixerunt circa A.C. 1412.

Hinrich von Eſtorff/ Heuptman zu Bodenteich/ A.C. 1485. iſt er von Hertzogen Magno zu Mecklenburg in die Geſellſchafft der Brüderſchafft unſer lieben Frawen genommen. A.C. 1487. hat er mit Hertzogen Hinrich zu B. und L. vortauſchet den Schultzenhoff zu Roſſow/ yegen drey Leute zu Slagede, und daneben conſens erlanget/ den Teich zu Brügwedel zu ſeiner gelegenheit zu ſtouwen. A.C. 1493. hat von vor hochgedachtem Hertzog Hinrichen vor ſich und ſeine Erben conſens erlanget/ eine Windmühle für Brügwedel zu bawen. A.C. 1497. hat Hertzog Heinrich Jhm/ alß dem Eltiſten deß Geſchlechs/ auffs newe belehnet mit allen Gütern/ Inſonderheit mit denſelben/ die Jacob von Eſtorffs S. Vatter vom Fürſtenthumb/ zu Lehn getragen. Tandem obiit A.C. 1499. Conjuges habuit tres: Ex quarum prioribus 1. Godela Groten, & 2. Beke Appels vidua Erici von Meltzing/ quæ obiit 1486. nullam ſuſcepit ſobolem. Ex tertia conjuge Chriſtina N. reliquit:

Hans von Eſtorff/ A.C. 1478.

Mechtildis von Eſtorff/ uxor Hanſen von Bülow.

Mauritium von Eſtorff/ Ob. An.C. 1526. ἄπαις. Quo mortuo, bona ejus feudalia pervenerunt ad Ottonem, Ludolphi filiũ, & Segebandum, ejuſque fratres Johannis filios, Segebandi Nepotes.

Georgium von Eſtorff ob. ἄπαις.

Chriſtinam von Eſtorff/ uxorem Henrici von Botmar.

Heilwigin von Eſtorff virginem Veſtalem in Diſtorff.

Margaretã von Eſtorff/ uxorẽ Henrici Haverbier.

Vide ſup. ſig. ♀

Eggerdt von Eſtorff der elter. An. C. 1354. Hujus poſteri habitarunt in Verſen.

Otto von Eſtorff.

Eggerdt von Eſtorff der Jünger/ad vicariam Altaris S. Crucis in Verſen dedit curiam in Villa parochiali VVeineden, A. C. 1355. Vxor ejus Hilburgis N.

Eggert von Eſtorff.

Otto von Eſtorff/ An. C. 1399.

Segebandt von Eſtorff der elter. Hic A. C. 1386. curiam in villa Hejenſen vendidit civi cuidam Lunæburgenſi Johanni Empſen.

Segebandt v. Eſtorff/ A. C. 1403.

Evert v. Eſtorff/ A. C. 1413. Hujus poſteros vid. inf. ſub ſig. ☉

Eggerdt von Eſtorff.

Otto von Eſtorff.

Hinrich von Eſtorff/A. C. 1432.

Otto von Eſtorff.

Adelheidis von Eſtorff/virgo Veſtalis in Ilenhagen.

Vide ſup. ſig. ⊙

Evert von Eſtorff: Huic, ejuſque poſteris bona ſua allodialia in Bernſtedt vendidit pro 500. marcis Lubecenſib. Maneke von Eſtorff / Henrici filius, Ottonis Nepos. Vixit circa A. C. 1449.

| | |
|---|---|
| Evert von Eſtorff. | Segeband von Eſtorff / Uxor ejus Ermengardis vom Kneſebeck / quæ obiit A. C. 1506. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Evert von Eſtorff. Uxor ejus Cecilia von Marẽholtz / obiit ἄπαις. | Ludolff von Eſtorff in Verſen, obiit 1507. Großvoigt zu Zell / und Heuptman zu Winſen vñ Hitzacker. Uxor ejus Catharina von dem Berge / quæ obiit A. C. 1542. anno poſt maritum triceſimo quinto. | Otilia v. Eſtorff / Virgo veſtalis in Diſtorp. | Eggert v. Eſtorff / ἄπαις. | Hans von Eſtorff / primò Eques Ordinis Teutonici D. Mariæ: deinde hoc repudiato duxit in vxorem Rixam von Wittorff. | Anna von Eſtorff / conjunx primũ Otravi von Barvelde; deinde Ludolphi von Marenholtz in Dickhorſt. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Otto von Eſtorff / in Verſen, Hujus poſteros vide infr. ſub ſig. ♂ | Ermengardis v. Eſtorff / ob. 1525. uxor Tham Löſers Saxoniæ ſuperioris Marſchalli hereditarii. Qui nobiles ante cognominati fuerunt die von Rheſelde: ſuperius vero cognomen acquiſiverunt, | Segeband von Eſtorff in Netze / Obiit 1546. Uxor ejus Catharina Ritzerow, obiit 10. Martij An. C. 1601. anno 54. poſt maritum.<br>\|<br>Segeband von Eſtorff in Netze / obiit A. C. 1604. Hujus poſteros vide inf. ſub ſign. ☿ | Luleff von Eſtorff / Hauptman zur Harburg. | Pardum v. Eſtorff / in Vngaria militans, periit. A. C. 1542. |

ob egregium illud facinus, quo Miſnica Nobilitas Principem ſuum Fridericum VVoldemaro Brandenburgico eripuerunt, illum viciſſim captivum ſecum abducentes, in quo facinore præcipuã Löſerorum enituit virtus & induſtria, &c.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn333064887/19 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Vide ſup. ſign. ♂

Otto von Eſtorff in Verſen. N. A.C.1500. Obiit 1558. Uxor ejus Anna Schacken/filia Ludolphi Schacken in Gültzow. N. A.C. 1508. ducta 1525. Hunc primum de bonis Otravi à Barvelde inveſtivit Henricus Junior Dux B. & L. Hic etiam primus fuit, qui A.C.1533. totius familiæ bona allodialia, feudalia fecit, illaq; ab Erneſto Duce B.& L. in feudum accepit.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Catharina von Eſtorff/ N. A. C. 1526. | Margareta von Eſtorff/N.1527. nupta Chriſtophoro à Dannenberg A. C.1549. poſtquam prior maritus Joachimus ab Hitzacker, vix 6. ſeptimanis poſt nuptias exactis, variolis obiiſſet. | Anna von Eſtorff N. 1529. uxor Chriſtophori à Schulenborg præpoſiti in Diſtorff, Epiſcopi quondam Ratzeburgenſis. | Elſebe von Eſtorff/ N.1530 | Luleff von Eſtorff / in Bernſtedt N. An. C. 1533. Ejus poſteros vide inf. ſub ſig. ♃ | Ermengardis von Eſtorff/ Nat. 1534. Obiit 22. Julii A. C.1614. virgo octogenaria. |

| | | |
|---|---|---|
| Otto von Eſtorff/ Obiit in Suecia Stockholmii. A. C.1591. | Eraſmus v. Eſtorff/ Obiit Jehnæ A. C. 1589. 15. Junij. | Jacob von Eſtorff/duxit in uxorem Annã Rohr, viduam Diderici von Moltzan/Ob. Ulyſſeæ, 8. Xbris. A.C.1598. |

Hinrich Diedrich v. Eſtorff/Ob.1611. Et in hoc defecit linea Henrici von Eſtorffn.

Hinrich

| | | |
|---|---|---|
| Hinrich von Eſtorff in Verſen, N.A.C. 1535. O.A.C. 1595. 19. IXbr. Lubecæ ſepultus, poſtquam ibidem ultra trienniũ detentus fuerat. Ad inſtantiam enim Ducis B. & L. Henrici Julii ejuſq; fratris Epiſcopi Verdenſis & Oſnabruggenſis Philippi Sigiſmundi, ibidem An.C. 1592. 8. April. ob damna in tranſitu, cum militē in Belgiũ Hiſpano adduceret, data, conſtrictus fuit. Dieſer hat auch das gantze Gutt Verſen/den 11. April. A. C. 1591. Heinrich von Hallen zu Bernſen für 27000. Rthal. iglichen zu 24. Silbergr. gerechnet/vff einen Erblichen widerkauff/ allezeit von funfftzehn Jahren/zu funfftzehn Jahrn/cum conſenſu fratris Ludolphi & agnatorum vorkaufft/ Vnd ſoll die Loſe/ ſo offt das funfftzehnde Jahr heran nahet/ein Jahr zuvor/ acht tage vor Oſtern geſchehen. Uxor ejus fuit Dorothea von Bülow/Eraſmi von Bülowen in VVeningen filia. | Manegold von Eſtorff Nat. A. C. 1536. Obiit A.C. 1539. Trimulus. | Carolus v. Eſtorff in Teindorff/Nat. A.C. 1538. O. 1568. Ejus poſteros vide inf. ſub. ſig. h |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Anna von Eſtorff/ nupta Henrico von Harlingen. | Polita von Eſtorff/uxor Pardumi von Platen. | Ernſt Jürgen von Eſtorff/ ob. ἄπαις. | Margareta von Eſtorff Obiit | Luleff Carol von Eſtorff/ ob. ἄπαις | Henrich Oßwaldt von Eſtorff/obiit ἄπαις. |



Ludol-

Vide ſup. ſign. ♃

Ludolphus von Eſtorff in Bernſtede N. 1533. Obiit A. C. 1602. 14. Maij, hor. 12. pomerid. An. ætatis ſuæ 69. additis 4. menſibus & 14. diebus. Vixit in conjugio, poſtquam cognato ſuo Ludolpho Schacken Canonicatum Ratzeburgenſem reſignârat, annos 29. in viduitate decem. Sepultus in Betzendorff/feria ſecunda pentecoſtes, Eo ipſo die, quo ante decennium uxor ejus ibidem ſepulta fuit. Uxor ejus Emerentia von Elten/Diderici von Elten/ultimi iſtius familiæ filia. N. 1540. Ob. 1592. h. 7. matut. 10. Maii, An. ætatis 52.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Manegoldt von Eſtorff Nat. 1565. Ejus progeniem vide inf. ſub ſig. ✱ | Otto von Eſtorff/ N. A. C. 1566. Decanus Suerinenſis Canonicus Ratzeburgenſis. | Diedrich von Eſtorff/ Natus A. C. 1567. Obiit A. C. 1572. | Luleff von Eſtorff N. A. C. 1568. in Gallia & Vngaria ſub auſpiciis Chriſtiani Anhaldini, & Auguſti Lunæburgici principum A. C. 1591. & 1594. militavit. Nuptias celebravit cum Eliſabeth Anna Hogreviana in arce Giffhornenſi A. c. 1601. 6. Xbris. |

| | | |
|---|---|---|
| Emerentia Chriſtina von Eſtorff N. An. C. 1603. 8. Jun. | Hedewigis von Eſtorff N. 1604. 20. Septemb. | Eliſabeth Anna von Eſtorff N. 1605. 30. Decembris. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Lohalm v. Eſtorff/ N. 1570. Conventualis cœnobii ad D. Michaëlem Lunæburgi. | Chriſtofferus von Eſtorff/ N. 1571. militans in Belgio periit in finibus Lucelburgi An. C. 1596. 20. Febr. | Eliſabeth Anna von Eſtorff/N. 1572. Ob. 1575. | Henrich von Eſtorff/N. 1573. Ob. 1587. 13. Julij. | Anna Sophia von Eſtorff/ N. 1577. virgo Veſtalis in Ebſtorp, O. Variolis 24. Jan. A. C. 1610. | Margareta Lucretia von Eſtorff/N. 1578. primùm nupta Balthaſaro Moller in Hilligēthal A. C. 1603. 13. Febr. Quo expletis in hoc conjugio vix tribus ſeptimanis. 7. Mar. ejuſdē anni mortuo; ſecundò nupſit Julio Braun Merretich 21. IXb. A. C. 1613. |

| | | |
|---|---|---|
| Margareta Lucia von Eſtorff/ Nata 1609. 29. April. | Magdalena von Eſtorff/N. 1610. 24. Novemb. | Erneſtus Chriſtianus von Eſtorff/ N. 1612. 2. Decembr. |

Vide ſup. ſign. ħ

**Caroll von Eſtorff in Teindorff** Nat. 1538. Ob. 1580. Uxor ejus Eliſabetha **von der Schulenborg**/ quæ obiit A. C. 1612. poſt 32. annorum viduitatem.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Anna **von Eſtorff**/ N. 1572. Uxor Georgii **vom Kneſebeck in Gelborn.** | Otto **von Eſtorff**/ Nat. 1573. Obiit | **Hans von Eſtorff** N. 1574. Uxor Cunigundis **v. Bieren** Marchica, vidua Davidis à **Jetze**/ ducta 29. IXbr. A. C. 1612. | Eggerdt **von Eſtorff**/ Nat. 1578. duxit in uxorē Agnatam ſuam Eliſabethā Lucretiam **von Eſtorff**/ Segebandi filiā 6. Martii. A. C. 1603. | Mauritius **v. Eſtorff**/ N. 1579. Canonicus Magdeburgenſis ad D. Sebaſtian. Uxor ejus Lucia **von Meltzing**/ **Joſt v. Meltzing** filia, ducta 12. Maii. A. C. 1616. |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Eliſabeth Dorothea **von Eſtorff**/ N. 1604. 30. April. | Carolus **von Eſtorff**/ Nat. 1605. 6. Maii. | Segeband **von Eſtorff** N. 1607. O. eod. anno. | Magnus **v Eſtorff** N. 1608. 23. Mart. Ob. variolis 5. Mart. A. C. 1610. | Segeband **von Eſtorff**/ N. 1610 29. VIIb. | Anna Catharina **von Eſtorff**/ Gemellæ natæ A. C. 1612. 5. Auguſt. | Eſther Maria **von** | Chriſtina **von Eſtorff**/ N. 1614. 23. Xbr. |

Otto 1617. April

Mane-

Vide ſup. ſign. ‡

Manegoldus von Eſtorff in Bernſtedt/Nat. A. C. 1565. Uxores ejus

| | |
|---|---|
| 1. Anna Barnekow Megapolitana, ducta A.C. 1593. 25. IXb. Obiit variolis 18. Febr. h. noctis 12. A.C. 1610. | 2. Clara Maria von der Schulenborg/ ducta 10. Julij A.C. 1614. |

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Luleff Hartwich v. Eſtorff N. 1595 Obiit Lunæburgi 3. Apri, A.C. 1614. | Emerentia Catarina von Eſtorff/ N. 1596. 11. VIIbr. | Erneſtus Adolphus v. Eſtorff/ N. 1598. Ob. 12. Junii an. eodem. | Manegoldus von Eſtorff/ Nat. 1598. 18. Decembr. | Eliſabeth Anna von Eſtorff/ N. 1600. 15. Febr. | Dorothea Maria von Eſtorff/ Nat. 1601. 31. Julii. | Frantz Auguſtus von Eſtorff/ N. 1603. 24. Xbr. | Chriſtophorus Balthaſar v. Eſtorff/ N. 1605. 7. IXbr. O. 20. Jan. 1614. | Heilwigis Sophia von Eſtorff/ Nat. 22. VIIb. A. C. 1607. | |

Vide ſup. ſig. ℨ

Segeband von Eſtorff in Netze, Nat. A. C. 1545. Obiit 31. Jan. A. C. 1604. Uxor ejus Eſther von Elten/ Diederici, ultimi iſtius familiæ filia, quæ N. 1549. O. A. C. 1601. 26. Jan.

Dietrich v. Eſtorff N. An. C. 1573. Ob. 1593. in Belgio militans, in quadã velitatione periit.

Segeband von Eſtorff/ Nat. 1574. Papulis obiit 1549. 24. Martii.

Eliſabetha Lucretia v. Eſtorff/ N. 1579. nupta agnato ſuo Eggerdo v. Eſtorff/ 6. Mart. An. Ch. 1603.

Luleff Moritz von Eſtorff/ Natus 1581. Obiit 1591.

Hartwich v. Eſtorff/ Nat. 1583. ſub auſpiciis bellicoſiſsimi principis Mauritij Naſſovii militavit in Belgio, cum urbem Sluſam arctа obſidione ad deditionem cogeret. Uxor ejus Dorothea von der Jahne/ Megapolitana ducta Anno Ch. 1609. Dom: Eſto mihi.

Roleff Johan von Eſtorff/ Natus 1586. Obiit 1591.

Eſther Dorothea v. Eſtorff N. 1588. Ambæ virgines veſtales in Lühne.

Catharina Margareta von Eſtorff N. An. C. 1590.

Roleff Moritz von Eſtorff/ N. A. C. 1592. periit in bello Danico poſt occupatã à Rege Colmariam, in inſula Oelandia, menſe Sept. An. C. 1611.

Conrad Segeband von Eſtorff/ N. 29. Decemb. An. Ch. 1609.

Eſther Anna von Eſtorff/ N. 9. Junii. A. C. 1611.

Hans Chriſtoff von Eſtorff/ N. 27. Febr. An. C. 1614.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

Dieser Band wurde 2008 durch Bestrahlung sterilisiert. Verfärbungen stellen keine Gefahr dar

Geneal. Chronol. 73

H. Germ. Biogr. 93

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333064887/28
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft